Venerabili nostro in Christo Charissimo Magistro Johanni Hesso, Canonico Nissensi. be Hto. 1516. 15/

Dominus Dux Carolus nobis núdiustertius per Antonium Tucher núnciavit, se magnoperè cupere: ut in Olsnam ad se quam primùm Ducem Joachim natum suum una nobiscum mitteremus. Constituisset enim sub hoc metu mortalitatis núnc passim grassantis, salúti suæ prospicere, in loco aliquo secúro, poenituit propterea quod vestri præsentiam non habemus, eò maximè, quod in Glogoviam ad Ducem Fridericum nobis eúndum est, et vix octiduo redibimus. Ne itaque sub hac malignitate temporum (quod Deus avertat.) aliquid diri accidat, præsertim cum Dominus Dux filium quam primum ad se venire optat, visum est nobis, ut collectis sarcinulis, cum duce quamprimúm eatur. Intelligimus etiam, quod Dux Joachim literis suis patrem rogavit, ut se quam primúm vocaret. Nam hic nescio qualis metus mortis eum sedúlo quateret. Redúcto Dúce, poteritis nobis è vestigio scribere, si aliqua alia causa est, propter quam Dux vocatur. Coetera de modo profectionis nostræ ex Marstallo nostro accipietis. Malúissemus út ejus commigratio sub nostra præsentia fúisset, honestius Dúci et nobis certè obtigisset. Excúsabis nos pro industria vestra domino Dúci et suis. Committimus enim omnia discretioni vestræ. Tandem valetis et D. Comitem cum suis salútetis. Dat: Nissæ 1. Octobris 1516.

Johannes D. G.
Episcopus Uratislaviensis.